



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacrarvm Antiqvitatvm Monvmenta

Hillesheim, Ludwig

Antverpiæ, 1577

Ezechiel.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68887](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68887)



*Cùm Solymas bello Babylonius hostis ad arces
Verteret infesta signa cruenta manu:*

Pectora

Pectora Ioachidæ regis percussa^q valgi,
 Urget enim læsi numinis ira, tremunt.
 Euictiq³ minis, urbem, captiuag³ dedunt
 Corpora: Indæas occupat hostis opes.
 Inq³ suos gentem Babylonia rura penates,
 Multaq³ crudeli millia sorte trahit.
 Pars patrios tenuere lares: hi crimina captis
 Astruere, & falsa facta notare fide.
 Inde dolor victis tantis successibus, ingens
 Aestuat, & durum pectore crevit onus.
 Sed Deus afflictas solatur ab aethere mentes,
 Temperat & miti fata sinistra manu.
 Veraq³ sanctorum firmans præsentia vatum,
 Exitium Solymæ relliquisq³ canit. Ezech. 17, 24
 Increpat & reprobos, scelerumq³ incusat amorem,
 Utq³ animos referant ad meliora monet. Ezech. 36.
 Affore tempus enim dura quo lege soluti,
 Excusso referant libera colla iugo.
 Atque iterum Solymas, rediuiuaq³ mœnia condât,
 Ac patrios fines debita rura colant. 40, & se-
quentib.
 Cùm Deus in seuas irarum fulmina gentes
 Transferet, & pessum regna superba dabit:
 Firmabitq³ sui decora immortalia regni,
 Cælestis Solymæ regia semper erit.
 Hanc rerum seriem solio sublimis ab alto
 Conderet aeterna cùm Deus ipse manu,
 Monstratam cælo, vates præuidit, & orbî
 Prodidit excelsi fata stupenda Dei.